



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. III. Romana legitimæ de Grana. De eadem materia concursus
plurium masculorum, qui tamen sint diversi matrimonii, quorum Aliqui
velint, Alii verò nolint fœminas numerari pro detractione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

quale ius habentium, quorum unus infistat regulæ, alter vero infisit limitationi, potior esse debet conditio habentis pro se regulam, pro qua in dubio est judicandum, *juxta se p̄q̄mē in omni materia infirmatum axioma, super quo multa colligit Barbos. axiom. 198. Rot. apud Mantic. dec. 151. n. 2 & passim.*

Secundò in idem, quoniam filii masculi, coquale ius in hac Statutaria exclusione habentes, dici possunt socii, hoc ius pro communī possidentes, id coque intrat regula tex. in l. Sabinus ff. de negot. ges. & cap. in re communī de reg. jur. in 6. cum concordan. deducit præsentim sub tit. de servitut. disc. 6. ut in re communī melius sit conditio prohibentis, ubi præteritum huic regula assistat ut supra.

Tertio, quia dicta conclusio limitativa regulæ, inixa est favori masculorum, quia sic eis expedit, ob eandem rationem, ob quam eorum favore inducta est exclusio, ut pater ex supra allegatis, ac aliis eandem limitationes tradentibus; Igitur in hoc proposito confidantur sine filii uti filii, ac pro eorum, quod eis competit ratione filiationis: Id autem congruebat Philippo nolenti fœminas numerari, non autem Donato volenti, quoniam hunc tanquam filio in ejus legitimæ detractione id infererat damnum; Intererat autem ejusdem non tanquam filii, sed tanquam heredes universalis, ex conclusione de qua infra disc. 5. ut portiones fœminarum cedant commodo hereditatis, ac fidei commissi, unde in ista parte gerebat potius partes extranei, ut bene præ ceteris advertitur, apud Rovit. conf. 70. num. 5. & 4. lib. 1.

Quarto, (eodem societatis, vel communioṇis themate recto), illius locii votum prævalere debet, quod majorem negotiū socialis utilitatem redolat ex deducit per Felicium de societ. cap. 28. n. 19. cum seqq. & communiter; Cum enim socius particularis duplē personam repræsentare dicatur, unam socii, ac possessoris pro communī, & alteram propriam, adeo ut inter has personas dari valent, actio, & passio, ac debitum, & creditum, ut plures habetur, sub tit. de credito, utique absonum est dicere, ut socius pro interesse privato, invito socio, eligere possit id, quod sibi expedit, communia nec negotio nocet.

Quarto, magis ad rem, id probant firmata per Malphei. ad consuet. Neapol. 4. quæst. 8. & quæst. 9. num. 10. & Bottigl. de success. ab intest. theor. 30. in proposito masculinationis, quæ in fœmina resultare dicitur, masculis eam intra etatē maritare negligentes, quod scilicet si unus est promptus, & alter negligens, tunc potior est conditio diligenter, cui alterius negligenter præjudicare non debet; atque si unus est minor, restituitur in integrum; Et in idem conferunt disposita per Statutum Perusium rubr. 45. ubi Gilian. fol. 133. vers. liem si aliquis pater, cum similibus.

E converso autem, alia non videbatur considerabilis ratio, nisi ea quæ resultat à generali axiōmate super Statutorum à jure exorbitantium oibilitate, quodque propterē capi debeat illa interpretatio, sive attendi ea pars, per quam fiat reversio ad jus commune; Verum id tanquam nimis vagum, ac generale non videbatur præpondēans, comparatione tot specialium, magisque stringentium, Ac etiam quia, ut advertit pluries sub int. de success. ab intest. disc. 1. & in aliis etiam sub altero de Test. disc. 25. & aliis, malè pro meo iudicio supponitur, quod hujusmodi Statuta dicenda veniant juris correctoria, & exorbitantia, cum potius contineant restitutionem juris antiqui, medii, ac no-

vi, magis adaptati Romanorum, ac Italix mōribus, atque ita Statuta prodierunt declarando potius non acceptationem juris novissimi Græcorum, ideoque potius hoc argumentum retorquetur.

Subsequuntā vero concordia, (me quoque consulente, & cooperante), occasionem subfūlit id formiter in iudicio disputare, neque alia occasio id præbuit, cum nimium rari sint hujusmodi casus præcis; Ita vero mihi videbatur probabilior opinio, quoniam cum receptam conclusionem habemus de qua Rot. apud Ottob. dec. 173. numer. 24. dec. 146. num. 6. & seqq. par. 10. rec. & pluries sub tit. de success. ac etiam infra, disc. 10. & in aliis, ac alibi, quod est in facultate masculorum non uti Statuto, ac admittere fœminas ad coqualem successionem, alias ita sequeretur quod in pingui successione ad quam plures masculi concurserent, posset unus colludendo cum fœminis, renunciare Statuto, casque admittere in præjudicium, ac supplantationem successorum, quod non est dicendum.

Item super ista controversy, & legitimæ calculo actum fuit de alio puncto quomodo fieri debeat deducitio dotis fœminarum, quatenus noui venient numerandas, & quid in casu converso; Verum de hoc habetur actum particulariter infra, disc. 7.

ROMANA LEGITIMÆ DE GRANA

PRO
HYACINTHO VITALE,

CVM
CAROLO, ET ANTONIO DE
FERRINIS.

Casus decisus per Rotam pro Hyacintho, postea concordatus.

De eadem materia concursus plurium masculorum, qui tamen sint diversi matrimonii, quorum Aliqui velint, Alii vero non lunt fœminas numerati pro detractione legitimæ, quibus sit deferendum.

Et an, & quando fœmina exclusa, dicatur restituta suita per dispositionem testamentariam.

SUMMARIUM.

- 1 Fæcti series.
- 2 Resolutio cause.
- 3 Deratione resolutionis, quæ non placet, & queratio placeat.
- 4 De decisionibus in materia singularibus super cur filiorum diversi matrimonii.
- 5 De conclusione ut sit in arbitrio masculorum numerare, & non numerare fœminas.
- 6 Ob ingeniorum varietatem, eadem res unita est facilius, & alteri difficulter.
- 7 Quando, & quomodo procedat conclusio de qua num. 5.
- 8 Decasus mixto, in quo non intret Statutum.
- 9 De eodam causa mixto.
- 10 Qualis esse debeat incapacitas, vel exclusionis filii, ut iste non faciat numerum.
- 11 Et quid requiratur ut persona non computetur.

De LUCA
de
flamentis
et cat.
GVI

DE LEGITIMA ET DETRACT.

- 12 De differentia, an fœmina faciat numerum, & non partem.
- 13 De consuetudine Neapolitana.
- 14 Leges adjacentes attenduntur tanquam doctrina magistralis.
- 15 De eodem.
- 16 Statuta exclusiva procedunt ab intestato, non autem condito testamento.
- 17 & 18 Quando id procedat, & quod testamentum faciat cessare Statutum.

DISC. III.

BINUBA Aurelia Grana, duos habens filios ex primò matrimonio, Hyacinthum scilicet, & Veronicam; Et tres ex secundo, Carolum nempè, & Antonium masculos, & Brigida fœminam; In testamento, reliquis quibusdam exiguis legatis in signum amoris filiabus jam nuptis, & dotatis, relata que Hyacintho legitima, heredes universales scriptis Carolum, & Antonium filios secundi matrimonii, inter quos, & Hyacinthum orta, est controversia super quantitate legitima, quoniam Hyacinthus prætendebat quod importaret semissem ob numerum quinque filiorum, unde propter eam sibi ex persona propria, & illa Veronica germana sororis debita esset una unicaria cum duabus quintis alterius unicæ; E converso autem heredes prætendebant, ut non computatis fratris, est et solam triens, ideoque una tantum unicaria deberetur; Quare introducta causa coram A. C. post plures disputationes, favore Hyacinthi decretum fuit, introductum que per appellationem causa in Rota coram Priolo, nimis scissa fuerunt vota, unde propterea plures proposita causa sine resolutione, demum ista prodit, sub die 5. Decembri 1659, favore ejusdem Hyacinthi, ut fœmina computandæ venirent, ex solo tamen motivo agnitionis iu suam, ob dictum legatum factum à matre filiabus ita suitati restitutis, ut patet ex decisione despur edita impresa post Michalor. de fratr. dec. 60 quæ amissam dedit concordia controversia finem danti.

Resolutio, mibi scribenti pro Hyacintho (resto) etendo etiam ad solam veritatem) placuit, atque iusta vix est, non tamen placuit dicta eius ratio, cum probabilior videretur altera, ut isto casu propter mixturam filiorum utriusque matrimonii in successione materna, Statutaria dispositio non intraret; Distinguendo siquidem utramque rationem.

Quatenus ad hanc secundam pertinet, in qua ego insisterem, Scribentes hinc inde deducebant easdem decisiones 137. & 160. par. 6. rec. tanquam unitas, ac singularis in hac materia; Agitur enim in eis de hac individuali questione inter filios masculos matris binubæ diversi matrimonii, atque deciditur favore filii primi metrimonii volentis numerari duas ejus sorores germanas, que sufficiet ad faciendum transire legitimam detinente in semissem, dum ex secundo matrimonio aderant duo alii masculi, quamvis isti non curarent numerare aliam fœminam eorum germanam sororem, & si quod fratres uterini non possent impedire alterum fratre, quin numeret ejus germanas sorores, que ipsi uterino oppositori, ad hunc effectum Statuti exclusivi extraneæ sunt.

Id etenim non negabant Scribentes pro hæreditibus reis conventis ideoque dabant manus, ut Hyacinthus Veronicam sororem numeraret; Verum nil proficiebat, dum punctus erat, an esset numeranda Brigida ipsorum hæredum germana, quam ipsi nobant numerari, ex eadem conclusione insinuata

disc. preced. ut in arbitrio masculorum excludentium repositum sit numerare, vel non numerare feminas ab eis exclusas; Atque in hoc versabatur difficultas, quæ visa est indissolubilis, cum casus esset novus ut pote per dictas decisiones, vel alias non tacitus.

Verum pro meo judicio, casus videbatur planus, tantaque disputationum dote indignus, (Talis est ingeniorum varietas, quam quotidie experimur, ut quod uni videtur facile, alteri difficultatum videatur); Quod enim omnes fœminæ numerari debent, neque heredes possent nolle numerare eorum germanam sororem in præjudicium alterius masculi diversi matrimonii, probari dicebam.

Primo ex eadem consideratione, de qua disc. preced. quod scilicet conclusio, ut in arbitrio, & facultate masculorum repositum sit numerare, vel non numerare fœminas pro ut magis expedit, percutitus filiorum tanquam filiorum, & in ratione filiationis, & quatenus ita ratione attenta, utilitas excludentibus resulteret, non autem ius filiorum tanquam hæredum in reliquo bessè, vel semisse, cum in hac parte habeantur jure extranei, cum aliis, de quibus dicto disc. preced.

Secundo quia, statutum propriè percūit calum concursus masculorum & fœminarum ejusdem matrimonii, vel diversi ex parte patris, adeò ut urgent ratio agnationis, cui Statutum innixum est, per quod a paterna successione masculi, sorores consanguineas tantum excludunt, secus autem, ubi concursus est inter uterinos in materna successione, quoniam tunc dicitur c. sus mixtus, sive à Statuto omisus, in quo intrat dispositio juris communis Bald. conf. 216. lib. 2. Peregr. cors. 6. numer. 14. lib. 1. & illi per Hodier. in l. sac. edit. ali quest. 12. num. 2. & seq. ubi ad partes disputatione, Rota dec. 80. & 81. post Gilian. ad Statut. Perus. dec. 46. num. 6. & seq. par. 22. Romanus supplementi legitime 24. Martii 1659. coram Cerro, & advertitur in dictione caſuum, de qua disc. seq. Et generaliter quod mixtura persone non considerata Statuto illud cessare faciat, in proposito matris existentis in medio habetur dec. 59 par. 1. rec. & dec. 43. par. 7. & in dicta sua materia sub. de success. ab intestato, praesertim in Surina & Nepsina disc. 3.

Tertiò quod, ad effectum, ut unius filii incapaci, tas attendatur pro minuendo numero, ut ita ex semisse, legitima reducatur ad tridentem, requiritur, ut incapacitas sit jam contracta in vita parentis, adeò ut de tempore mortis sit certa & invariabilis, quia nempè exclusus non admittatur, nec admittit speretur, ut probare videntur text in l. qui repudianus in principio ff. de inoff. testam. & l. Papinianus s. quoniam ff. edidit, quæ jura in terminis renunciationis considerant Peregr. de fideicom. art. 38. num. 12. Hoc deducit conf. i. num. 86. & sequent. vol. 2. ac bene probat Bald. in l. unica num. 28. Cod. quando non potentium pars, ubi quod si unus ex filiis in vita parentis renunciatur, vel ob delictum exhortatur, non facit numerum; Secus autem si post mortem repudiat; Et benedictam propositionem de incapacitate attendenda, ubi contracta est in vita parentis, prosequitur Bellon. jun. de jur. accrescen. cap. 6. quest. 6. num. 21.

Ut enim persona non computetur, opus est, ut omnium favore indissimile se de medio tollat, secundus si unius profit, & alteri noceat; Ut habemus in terminis renunciationis, quod si unus ex filiis simpli citer, ac extinguitur renunciet, cum tunc dicatur tollere se de medio, atque ejus deficiencia per viam juris accrescendi, vel non decrescendi omnibus aequali-

equaliter prospicit, hinc recte dici potest, ut non faciat numerum, nisi prout superstibus fratribus expeditum similes illa persona ad effectum successionis habetur pro mortua, & non extante; Secùs autem si unius ex fratribus tantum renunciet, cum tunc faciat numerum, ac etiam partem ad communam, & utilitatem renunciarit, perinde ac si successisset, atque illico per actum occultum ejus agnitus portionem unius ex fratribus cessisset, quoniam impossibile est, ut una & eadem persona possit eodem tempore haberi pro mortua, & pro viva, quodque sit de jure legitima succeditrix, & tamen non faciat numerum ex deducitis per Fab. de Ann. cons. 45. num. 9 & 13. Bellon. jun. de jure. acres. cap. 5. quest. 49. num. 12. Bellon. jun. de jure. acres. cap. 5. quest. 49. num. 13. cum sequen. Unde cum feminam respectu fratrum interinotum non dicatur in materna successione extranea, neque per Statutum exclusa sit, impossibile videtur, ut numerum facere non debeat.

Et quamvis etiam in isto caso successionis matris binubus, non cesse respectu fratrum germanorum, feminarum exclusio resultans à Statuto, quod de materna etiam successione disponat, ut disc. sequen. Atamen id solum procedit, quod partem, non autem quod numerum, quod scilicet feminam fингit succedere, sed illam partem, in qua illa succedit, masculi auferunt, & sibi applicant. Paris. cons. 36. num. 29. lib. 2. Bellon. jun. alios cumulans dicto lib. 5. cap. 49. num. 13. 15. & 16. Rot. dicta decisi. 137. numer. 16. & sequen. par. 6. recen. quoniam quoad fratres habetur pro extranea, sed quoad alios habetur pro succedente.

Quarto id recte comprobari dicebam ex consuetudine Neapolis incipiente, si qua mulier, ubi disponitur, quod moriente matre cum filiis diversi matrimonii, omnes tam masculi, quam feminæ, iuxta juris communis dispositionem equaliter succedant, omnesque concurrant, ita ut tot sint portiones, quae sunt personæ, non obstante, quod ibi, tam ex Constitutione generali Regni, quæ incipit in aliquibus, quam ex ejusdem Civitatis consuetudinibus, stantibus masculis, feminæ non succedant, quoniam id procedit discretivè; ut partes feminarum earum respectivè germanis fratribus accrescant, non autem ad impediendum numerum Franch. decisi. 149. num. 11. & per rot. decisi. 566. in principio, & dec. 639. num. 8. Molphes. ad easdem consuetud. par. 7 de success. ab intestato quest. 22. num. 14. Botiglier. de success. ab intest. theorem. 16. num. 7.

Ubienon non habetur casus in jure decisi, tunc licet aliarum provinciarum, vel locorum leges, seu consuetudines deducuntur, saltim tanquam doctrina magistrales, seu pro casus dubii interpretatione, præstent ubi juris rationibus, & principiis inveniuntur; Ut de legibus partitarum Hispaniæ attendendis, ubi nostra leges deficiunt, vel sunt dubia Franch. decisi. 578. num. 12. Rot. decisi. 27. num. 8 par. 1. rec. Et generaliter de attendendis legibus aliarum provinciarum, vel dictiorum præstent vero adjacentium ex l. in l. de quibus num. 6. ff. de legibus, Costant. in l. 1. ff. de filiis officialium lib. 10. num. 36. Adden. ad Rovit. prag. 2. de cessione bonorum, vers. licet vero, scribentes apud Prat. respons. crim. 46. num. 33. & seq. & advertitur disc. præced. Atque ex Doctoribus idem quod à dicta consuetudine disponitur, habetur (quamvis articulo non examinato) apud Michalor. de fratr. par. 3. cap. 9. num. 7.

Non placuit autem alterum fundamentum resolucionis; ob restitutionem suitati à dicto legato resultantem; Quamvis enim vera sit conclusio, ut statutaria exclusio procedat parente decedente ab intestato, secùs autem condito testamento, per quod parentis potest, eum quem Statutum facit ex- 16 traneum, reddere suitati, ut ex Casfr. cons. 52. num. 2. lib. 1. & aliis plenè Cyriac. controu. 71. num. 16. & 72. num. 19. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 8. num. 53. decisi. 206. par. 1. diversi, ac habetur plures in sua materia sub it. de success. Nihilominus hic est effectus voluntatis, qui eatenus procedit, quatenus talis voluntas accedat, recedendi scilicet à statutaria dispo- sitione, eique se non conformandi.

Id autem probabilius dicendum videbatur non probari ex hujusmodi modo disponendi, per quem testatrix, potius cum statuto se conformasse, quam recessisse dicitur, instituendo solos masculos, feminas autem excludendo à successione, alias eis de jure quasi debita æqualiter cum masculis, ut bene adverbit Gabriel. cons. 140. num. 12. lib. 2. Neque modicum legatum relictum in signum cujusdam amoris materni, operari potest hunc effectum, cum id fieri soleat ob quendam imperitorum Notariorum cautelam præservaadi testamentum à virtu præteritionis, unde propterea voluntas testatoris ita directa est ad maiorem statutarie dispositionis firmitatem, ac observiam, ideoque nullo pacto operari debet effectum de directo contrarium; Hinc proinde intellectus huic agnitionis speciei nunquam acquiescere potuit, cum nullum habeat probabile rationis fundamentum, quoniam alias, data restituzione suitati, sequeretur, ut feminis aperiretur etiam actio ad petendum supplementum legitimæ, quo nil absurdius, cum clausulæ circa titulum institutionis, & pro omni, & toto eo &c. etiam cum mentione legitimæ, præstent in testamento mulierum, & idiotarum, frequentius, ac fortè semper adjici soleant ex insulis, ac superabundantibus cautelis Notariorum, vel aliquis Doctoratri ad magis corroborandam feminarum exclusionem, ut in dicta sua materia sub it. de successionibus adverbitur.

1

ROMANA SUPPLEMENTI LEGITIMÆ P R O CAROLO FERRINO C U M B E L A R M I N I S.

Casus decisus per Rotam pro Belarmino.

Posito, ut in concursu filiorum diversi matrimonii, feminæ faciant numerum juxta disc. præcedentem; An faciant partem fibi ipsi, vel potius masculis earum germanis fratribus.

SUMMARIUM.

- 1 Acti serios.
- 2 F Resolutiones causa.
- 3 De solvente alteri quam creditoris.
- 4 Quid disponat Statut. Urb. 145.
- 5 Ut ad effectum dicti Statuti masculis debeat efferves universalis.
- 6 Contrarium seu declaratur.
- 7 De ratione.
- 8 Declarantur decisiones contrarie.
- 9 Dos data feminæ est pretium exclusionis.
- 10 Quod distinguendis suis casus pro doctrinarum applicatione.

II. Fr. rec.

De LUCA
De
testamentis
et cœt.
GVI
3